

Verf. Decimo, m' d' difficultus.

66 Donatio ex causa ingratitude potest revocari, si donatarius accusaverit donatorem de crimine etiam vero; quo probato, veniret imponenda poena mortis, membri alicujus mutilationis, infamis, vel amissionis majoris bonorum partis. Idem iuris est, si sponte testimoniū dixerit, si delator, Advocatus, aut procurator in huiusmodi causis fuerit, & si, cum iudex fuisset, per injustitiam grave documentum donatario intulerit. Excusatur autem si accusationem instituerit, quam nefas esset omittere, ut in crimine haereticis, & similibus; & quando aliquod ex praedictis muneribus in donatorem coactus exerceret; aut si sua, suorum vel injuriam prosequatur, quonia donatio minime revocatio subiacebit; excepto Iudice perperam iudicante, in quo huic distinctioni non est locus: faciunt ad praedicta. l. Prator edixit 7. §. p. aerea. ff. de injur. l. si adulterii. 38 §. libero. ff. ad. l. Jul. de adul. er. de quibus consulendi sunt, Molin. dict. ad sp. 281. n. 2. Patin in fragm. lit. F. n. 57. Osuald. ad Donell. ubi sup. lit. C. Borrelli in summ. decisit. 12. lib. 3. n. 6. Palac. Rub. in rubric. de donat. §. 8. n. 2. latē Hermosol. apud quem multi in d. l. 10. gloss. 2. n. 3. cum sequentibus. Illa vero revocatio donationis ob ingratitude ex praefata; vel alia causa, procedit, nisi donatio remuneratoria fuerit; l. si pater 35 §. 1. & ibi Gloss. verb. Irrevocabilis, ff. de donat. l. in l. si non sortem, §. l. bertus. n. 8. ff. de condit. indeb. Duennas in eg. 224. limit. 4. Gutierrez. dict. conf. 24. n. 25. Baëza, de inop. deb. ore. cap. 20. n. 6. Menoch. onf. 1007. n. 70. 71. Molin. de primog. ib. 4. cap. 11. n. 45. Tusch lit. D. concl. §. 11. n. 33. Gregor. Lop. in dict. l. 10. gloss. 1. Garc. fado. na. remane. ator. n. 9. Mantico. de tacit. convic. l. l. b. 13. tit. 15. n. 33. Marta de is. l. 15 n. 28. Jul. Clar. sup. lib. 4. §. donatio, quast. 2. i. n. m. 4. Hermosol. in dict. l. 10. gloss. n. 1. Similiter non revocabitur ingratitude donatio facta ob causam, veluti ad contrahendum matrimonium, vel ingrediendum Religionem, effectu sequuto; Menoch. ex mutis conf. 723. n. 9. cum seqq. Intrigliol. sing. 87. n. 13. lib. 3. Surd. de alime. t. q. ff. 48. n. 2. 1. Molin. dict. ad sp. 281. n. 12. 13. Gam. decis. 163. n. 3. Clar. n. 4. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 28. n. 4. Hermosol. n. 14. qui alias limitationes tradit per totam glossam ad dict. l. 10. Tusch sup. num. 29. Nec si ex revocatione tertius patitur detrimentum, Menoch. d. conf. 723. num. 21.

AD CAPVT XII.

De Temporis computatione.

SUMMARIUM.

- 1 De ratione temporis qui scripserunt.
2 Quomodo Graeci, Arabes, aliaeque Nationes annos computabant, remissive.
3 De Olympiadum initio, & computatione.
4 Hebraei a quo tempore suos annos numerabant.
5 Diluuium quo tempore euenit.
6 Roma quando fuit condita.
7 Consules quo anno primi creati sunt.
8 Quot diebus annus constat, & de eius differentia.
9 Quo tempore Christus natus est.
10 A quo olim annus apud Hispanos incipiebat.
11 Hodie omnes eodem modo a nos Christi computat.
12 Anni Christi numerantur ab anno trigesimo octavo Erae Caesaris.
13 De verbo, Era.
14 Era Christi quando in Hispania recepta est.
15 De computatione anni quoad fructuum diuisionem, remissive.
16 In dicto unde dicta, & quot anni constet.
17 Quando coepit usus Indictionum, ad temporis computationem.
18 Triplex Indictionum usus.
19 Qua de siderantur in instrumenti confectione regulariter ut valeat, remissive.

DE Chronologia, siue ratione temporum, tractantur Genebrad. in chronographia, Iacob. Gualteri. in tabula chronograph. Parlador. rer. quotidian. lib. 2. cap. 20. a num. 1. Philipp. Bargomas, in supplement. ch. onic. lib. 8. Ceual. in pra. at. 2. tom. 4. n. 21. Vener. in enchiridio tempor. Barbol. in collectan. ad cap. inter d. lectos, n. 28. de fid. instrum. Petr. Mexia in Sylva. part. 3. c. 2. Marian. in chronico. Hispan. lib. 3. c. 24. Gregor. Lop. in proem. Paruar. gloss. 23. cum sequentibus; Dionys Petavius; in rationario t. mor. Onufrius in fastis; Caelius Rhodiginus lib. 10. c. 2. de era, Ant. Conti, in chronico. canon. & fastis. Docet, quomodo Graeci, Arabes, Turcae, Iudaei, & Aegyptij suos annos computabant, & a quo anni nostri tempore incipiebant, Petavius, lib. 1. cap. 5. 6.

Ad Num. 1.

Graecorum Olympiades, secundum computationem Petavij (quem sumus sequuturi, quoniam sedulus temporum rationem obseruat) initium habuerunt anno ab Orbe condito 3208. tempore aetiuo sub ipsum solstitiu singulae quadrienniū continebant, & unusquisque annus contabatur eisdem ferē diebus, ac nostri; dicta sunt ira ab Olympicis ludis, quos celeberrime peragi, instituit Hercules in Iouis honorem, iuxta Olympiam urbem in Peloponensi regione, & a loco, ubi celebrabantur, nomen acceperunt; ac quoniam quin o quoque anno inuente repetebantur, tempus illud, quod in eorum utramque ludorum celebritatem labeatur, Olympias tuit vocatum; & a quo hi ludi inuenerunt, iustaurati sunt, ceperunt Graeci temporum rationem computare, Petavi. d. lib. 1. c. 5. cap. 10. & lib. 3. cap. 7. & de doct. in. or. lib. 9. c. 37. cum sequentibus. Quarta saecul. pag. 177. ubi docet, eam computandi consuetudinē a Constantino Magno sublatam fuisse anno Christi 312. quo Indictionum supputationem introduxit. Hebraei tempora computabant a diluuiū universali, Gregor. Lop. sup. gloss. 24. Ioan. de Platea in rubric. C. de in. dict. l. b. 10. Quod accidit post Mundi creationem anno 1656. ceperit, nec cessatū est usque ad totius Orbis inundationē Genes. c. 7. Petavi. in rationar. lib. 2. c. 2. vers. Vltim. Greg. Lop. dict. gloss. 23. Ant. Conti, in Chronico. canonico. Qui quidem dies respondet vigesimo quinto post: Novebris, in mandatuē duravit usque ad diem quintū Decembris anni sequentis, quo Noe cum suis prodii ex Arca, Petavi. ubi proximē.

Urbs Roma fuit condita anno m' d' 3231. & tertio sexta Olympiadis, hoc est, vigesimo tertio anno post Olympiadum initium, die vigesima prima Aprilis, qua primus lapis ad aedificandā eam iactus est. Consules vero creati sunt anno ducentis si no quadragesimo quinto ab Vrbe condita: Petavi. in rationar. lib. 3. cap. 9. & l. b. 4. c. 5. in principio. a quo Ant. Conti. in fastis uno anno discrepat, ubi asserit, anno 244. fuisse creatos primos Consules, Luc. Iun. Brut & Luc. Tarquini. Collatin. Lucretia maritum. Anrū, quo utimur, duodecim mensū, constantem 365. diebus & sex horis, Iulius Caesar inuenit ano ab Vrbe condita 709. & ab eo Iulianus nuncupatur ad differentiam 8 ani tropici, in quo cursus Solis exacte obseruatur, & lunatis, quibus rō omnino adaequatur, sed aliquatulum excedit. Petavi. d. lib. 1. c. p. 1. 2. & lib. 5. c. 18. vers. Anno itaque.

Alis opinionibus omissis, Christus Dominus natus est anno 3984. a creatione Orbis ab Olym. i. idum inventio. ne 777. ab Vrbe condita 754. a tempore Iulii Caesaris 46. Petavi. in ration. lib. 2. c. 10. in fine, & lib. 6. c. 1. Consulib. C. Caes. Octavia, Aug. & Marc. Plaut. Silvanos, Ant. Conti. sup. Apud Hispanos post relictam Caesaris Era, annus inchoabatur a die ipso Dominice Natiuitatis, quae ut relinqueretur, constitutum est a Rege Ioanne Ianno Christi 1383. Molin. de primog. lib. cap. 3. l. 1. n. 18. Vener. sup. in principio. Greg. Lop. in l. 5. 4. gloss. 3. in l. 18. p. 3. Parlad. rer. quotidianar. dict. cap. 20. n. 3. cum seqq. Escob. de ratiōin. lib. 2. comput. 21. Sed iam annus incipit a Kalendis Ianuarijs, ut etiam quondam obseruabatur ante dictam constitutionem Regis Ioannis, cum tempora iuxta Erae Caesaris computabantur

computabantur ab Hispanis; nam anni Iuliani prima die Ianuarij inchoantur, Petau. d. lib. 5. c. 18. in fine.

Ad Num. 2.

11 Hoc dubium hodie cessit, si quidem annos Christi omnes eodem modo computamus, atque ita a Kalendis Ianuarijs anni currentis usque ad ultimum diem Decembris inclusivē, nullus negat, esse annum Christi 1658. Petau. d. lib. 1. cap. 4. vers. In. Era Christiana.

Ad Num. 3.

Inter omnes convenit, annos Christi ceppisse numerari post trigessimū octavum Erae Caesaris, ut testantur, quos laudavimus nuper n. 10. Ideo autem Hispani ab eo tempore Erae Caesaris receperunt, & non antea, quoniam tunc a Senatu sunt confirmata facta ab Augusto, maxime Imperij diuisione cum Antonio conuenca, Petau. dict. c. 18. in fine.

13 De verbo, Era, varia dixerunt Parlador. Escob. Per. Mexia, Greg. Lop. ubi sup. Hieronym. Roman. in commentar. de las Republica. p. 2. lib. 9. c. 6. Sed illud magis placet. quod D. Covarr. in praesenti tradit ultimū, & sequitur, ac explicat apertius Marian. d. c. 24. nempe Era a Latinis usurpari pro pecuniae, temporis, aut alterius cuiusque rei computatione, aut numero, a quibus Hispani verbum illud acceperunt ad rationem temporum demonstrandam; atque ita idem est dicere, anno millesimo Erae Caesaris, ac hic est annus millesimus secundum computationem, quae habuit initium a tempore Caesaris: sic in proemio Paruarum, col. 4. Rex Alphonsus loquitur, ibi: Que comengo quando andava la Era de Adan an 5021. annos Hebraicos. Hoc est: Quando conforme a la q' enta del tiempo de Adan, era el anno de 5021. segun los Hebreros. Ubi ipse Mariana aduertit, verbum, Era, sine diptongo scribendum, quia non ab eorum origine ducit.

14 Meminimus supra huius constitutionis Regis Ioannis Primi, de qua omnes Hispani DD. allegati, & Mariana lib. 18. c. 6. Sed antea Aragoniae regnum Erae Christi admiserat anno 1358. iussu Regis Petri quarti, qui Ceremoniosus cognominabatur, Marian. lib. 17. c. 2. Tandem Portugalliae Rex Ioannes Primus idem sequutus exemplum, similiter statuit anno 1415. Marian. lib. 20. c. 7.

15 Quomodo autem annus computetur, quoad diuisionem fructuum inter heredes defuncti, & successorem, circa majoratum, beneficium, & similia, tradunt Parlador. Escob. Molin. ubi sup. Gutierrez. canon. q. lib. 1. c. 33.

Ad Num. 4.

Unaquaeque Indictio quindecim annos continet, quae in triplex lustrum dividebatur, quod nomen Indictionibus conuenit; quia Indictio, est publica auctoritate tributum populo imponere; & a quo tempore talis impositio, siue Indictio facta est, ratio annorum habetur; & quia ea tributi impositio 15. quoque anno repetebatur, inde est, quod Indictio, quindecim conslet annis, Gualter. d. p. 277. & 270. Otalor. de nobilitat. p. 1. c. 2. n. 20. 22. Garcia Toletan. in in Lucerna rubricar. trium. libr. Codic. sub. rubric. de Indict. a n. 6. Capelin. ve. b. Indict. Barbol. in collect. ad c. inter d. lect. n. 28. de fid. instrument. Ciacon. in Isago. vii. Pon. ff. c. de Indictio. ratiōin. Marian. lib. 4. c. 16. Patau. lib. 7. c. 1. vers. Fin Calvin. in lex. con. iuris, verb. Indictio.

Ad Num. 5.

Dubium est, a quo secundum Indictiones tempora computari ceperunt; Aliqui volunt, Ab Augusto inductum fuisse ante Domini natiuitatem, ut D. Covarr. docet in praesenti; Alij Constantino Magno id tribuunt ut testatur Petavius ubi proximē, & certius videtur, impositioem tributum sub ea forma Indictionum ab Augusto inductam; at quod secundum eas anni numerarentur, Constantinum primū confluxisse anno Domini 312. Gualter sup. dict. pag. 277.

Ad Num. 6.

Indictionum usus triplex reperitur, nam Indictio incipit a kalendis Septembris, quae Constantinopolitana dicitur; vel a kalendis Octobris, & haec Caesarea nuncupatur, aut a kalendis Ianuarijs, quae Romana appellatur: atque ista utuntur Romani Pontifices in diplomatum suorum expeditione, Petau ibidem; & licet instituerit Indictionum usum, dicto anno Christi 312. Constantinus, cum approbavit Ecclesia in Concilio Niceno anno. 325. Marian. dict. l. b. 4. c. 16. Capelin. ubi sup. Gualter. d. pag. 279.

Verf. Caeterum post huius operis.

Hanc Onuphij opinionem vulgō receptam dicit Petavius ubi proximē.

Ad Num. 7.

Quae necessario desiderentur ad valorem instrumenti de iure communi, docet Bar. in l. si quis ex ar. genarius, si in. t. um. ff. de edendo, Panormitan. in c. 1. n. 1. de fid. instrument. De iure Reg. o ea stervanda sunt, quae habentur in l. 13. tit. 25. lib. 4. Recop. lat. & tradunt Aducenda. tit. de las excepciones n. 24. D. Covarr. pract. e. 20. Pareia. de instrument. edit. tom. 1. tit. 1. resolut. 3. §. 2. a n. 57. Parlador. d. i. Azved. in dict. l. 13. n. 15. cum sequentibus.

AD CAPVT XIII.

De Orat. one indefinita, & utrum aquipotat uniuersali. SUMMARIUM.

- 1 Reseruntur qui de materia qui differunt.
2 De diuisione propositionum, remissive.
3 Traditur doctrina Berolii in l. si ita, ff. de aur. & argent. legat.
4 Eadem doctrina exponitur.
5 Distinctio testatoris in si iur secundum mori; tempus.
6 Differentia inter genus, & speciem leg. am. & legalem.
7 Alius est uniuersale ratiōin rei, & aliud quoad verba.
8 Uniuersale aliud iuris, & aliud facti.
9 Ius patronatus, quod habetur in Ecclesia, triplex.
10 Vendi non potest absque simonia labe.
11 Poena statuta in vendentes ius patronatus.
12 Ius patronatus cum in uersitate transit in emptorem.
13 Pretium vendita uniuersitatis propter ius patronatus auigere non licet.
14 Vendita hereditate, vel alia uniuersitate bonorum, singula sub ea contenta vendita non censentur.
15 In vendita one uniuersitatis exor. mi non potest, quod ius patronatus venditur sub ipsa contentum.
16 Si ius patronatus cum uniuersitate transfatum euincatur, emptor ad pretium ipsius non agit.
17 Ius patronatus non transit in creditorem cum re pignori data; cui annexum est.
18 Vendita fundi, in quo sita est Ecclesia, cuius patronatus ad uentilem pertinet. an transeat in emptorem fundi?
19 Explicatur doctrina proximē tradita.
20 Utrum in uenditione omnium bonorum ueniat ius patronatus.
21 Patrimonio vendita non transit ius patronatus in emptorem aliquando.
22 Indefinita propositio non aquipotat uniuersali ex vi propria significatio.
23 Equiualet, quando apparet de mente prof. reur.
24 Verba iuxta intentionem loquentis sunt ex uoluntate necessario.
25 Enodatur l. 2. ff. de liber. & posthum.
26 Ambiguitas uicarij dispositionem.
27 Indefinita; ubi aequē conuenit omnibus sub uniuersali comprehensit, cedit pro uniuersali.
28 Exhereditatio non est interpretatiōe seruanda.
29 Filius sub potestate non potest a patre nisi nominatim exhereditari fieri.
30 Quomodo nominatim aliquid fieri dicatur.

- 31 Interpretatur l. si servitus 22. ff. de servitut. urbanor. predior.
- 32 Consensus non extenditur ad incognit.
- 33 Ubi non est eadem ratio omnium, quae sub universali continentur, indefinita pro universali non accipitur.
- 34 Cenciatur dict. l. si servitus, cum dict. l. 2.
- 35 Indefinita quando pro universali, vel particulari, à Logici accipiuntur.
- 36 Indefinita negativa in iure pro universali habetur.
- 37 Indefinita in lege posita quando pro universali cedat.
- 38 Quid in Statutis.
- 39 Pax incumta est omnibus, quibus vindicta aequè incumbit, ut, reus à pena ordinaria liberetur.
- 40 Quod omnibus finitur convenit ab omnibus debet approbari.
- 41 Quoties eadem ratio reperitur in omnibus sub universali comprehensis, indefinita edit pro universali.
- 42 Explicatur aliter d. l. si servitus.
- 43 Consensus non pertinet ad futura.
- 44 In dubio contra stipulatorem respondendum est.
- 45 Iterum explicatur. d. l. ff. de liber. & posthum.
- 46 Quid auro & argento legato contineatur.
- 47 Usus loquendi communis praesertim verborum proprietati.
- 48 Indefinita Affirmativa in depositione testium non aequivalet universali: jecus Negativa.
- 49 Favor causa de qua agitur, facit ut indefinita pro universali accipiatur.
- 50 Indefinita, sive Affirmativa, sive Negativa, non cedat pro universali, si res sit absurdum.
- 51 Intellectus cap. quia circa 22. de privileg. remissive.

DE ijs, quae praesenti capite continentur, Menoch. cons. 173. num. 161. cum alijs, Pacian. de proba. lib. 1. cap. 15. à num. 16. Parlador. different. 131. per totam. Mantica. de conjectura ultim. voluntat. lib. 7. tit. 5. num. 1. 10. Surd. de aliment. tit. 9. §. 15. num. 10. cum. seqq. Tusch. practica. conclus. tit. 1. conclus. 83. 87. Mascard. de probat. conclus. 1181. n. 38. cum alijs, Gattieri. practica. lib. 2. quast. 83. in fine principij, & num. 2.

Ad Num. 1.
2 Hanc propositionum divisionem docent Arriaga in summis disp. 2. num. 12. Contrabreit. in Logica in cap. prim. num. 11. Prior. Aristotel. quast. 1. art. 2. & communiter omnes Dialectici, Menoch. sup. à num. 19.

Ad Num. 2.
3 Praemissa Bartoli doctrina in l. si ita legatum 8. ff. de aur. & argent. leg. cognoscitur appetitus num recte fuerit loquutus, nec ne? Attamenque, quod si quis leget res omnes, sub hoc legato comprehenditur universum defuncti patrimonium, quod mortis tempore reliquerit: at si dicat: lego omnes res meas, legatum censetur quod erat testatoris duntaxat cum testamentum cordebatur, neque postea quaesita ad legatarium pertinebunt, de quo infra practica. lib. unica. cap. 2.

4 Quae cum ita sint, quicquid Dialectici sentiant, juris nostris principijs congruit, ut prima propositio universalis, secunda vero generalis nuncupetur, ut visum est Bald. cons. 2. lib. 3. Menoch. n. 24. vers. Est ergo. Rona enim omnia cuiusque universitatem quandam constituunt, quae si sit viventis, dicitur patrimonium; si vero defuncti, haereditas nuncupatur, l. cum autem 6. ff. qua in fraud. creditor. l. 1. & per totum tit. ff. de haereditat. vel act. verò Vivian. in prax. juris patronat. lib. 4. cap. 1. n. 9. Menoch. cons. 5. n. 70. l. haereditas 63. ff. de regul. jur. l. etiam si 15. §. sed si quis, ff. de petit. haeredit. §. fin. Inst. per cuas pers. nob. acquirit. Bald. in l. sed & possessori, §. cum de haereditate e. ff. de iurejur. Parlador. sup. num. 1. 2. de quo dicendum est infra, n. 78.

Unde propositio illa: Relinquo res omnes, per quam totum patrimonium, sive haereditas datur, iure Universalis dicitur ad effectus, non tam quia sua natura talis est, quam quod circa universitatem versatur: sic iudicium universale dicimus, ubi de haereditate, vel patrimonio contentitur; sic successor universalis, haeres, vel bonum possessor appellatur, & cui bona omnia per legatum relinquuntur,

universalis vocatur legatarius, Menoch. cons. 213. n. 1. & cons. 194. n. 2. Parlador. rer. quotidianar. lib. 2. §. fin. part. 4. §. 2. num. 1. & passim DD.

Secunda autem propositio in hoc sensu universalis nuncupari non potest, quoniam per ipsam universitas non tribuitur, scilicet patrimonium, sive haereditas, sed pars quaedam bonorum proprie verò nominatur generalis, cum sub verborum generalitate plura comprehendat, non sub ratione universalitatis, Parlador. num. 6. Menoch. ex alijs, num. 22. Gloss. in l. 1. verb. Non aliter, ff. de offic. ejus: quae ait Universalis à Generali in hoc distingui, quod in illo omnes species unum totum faciunt, nec separatim considerantur, in hoc autem quaelibet species de se se inspicitur, atque ita accipiendum est dictum Bartoli non logicè, sed juridicè, à quo non omnino D. Covarr. dissentire videtur. Unde qui legat omnes res suas, licet signo universalis utatur, per quod apud Dialecticos propositio universalis dicitur, in sensu juridico talis non est, quia non transfert, nec continet universitatem, quare est universalis respectu verborum duntaxat, non in ire, juxta tradenda infra n. 79.

Sed opponet aliquis: Si patrimonium universalis est, secunda etiam propositio universalis erit appellanda, quando quidem, qui res omnes suas relinquit, totum patrimonium, quod habet, largitur. Cui respondendum est, illam dispositionem testatoris in tempus mortis conferri, l. 1. ff. de testament. & licet secundum praesens dici possit universalis, non attenditur nisi illud tempus, quo dispositio effectum est sortitura, & tunc universalis non est, cum non complectatur totam testatoris substantiam, ut dictum est.

Genus, & species non eodem modo à Consultis, ac à Philosophis usurpantur, illi vocant genus, quod hi speciem ut homo, leo, illi speciem quod hi individuum, ut Stichus, Bucephalus, l. non videtur, 33. ubi Gloss. de iudic. Pichard. in princ. n. 20. Inst. quib. mod. re cont. ob. Parlador. different. 31. n. 1. cum. seqq. Petr. Andr. in Logica legal. lib. 3. Bart. in l. Marcius, §. duobus, ff. de leg. 2. Hermol. in l. 1. gloss. 1. n. 16. tit. 1. part. 5. Genus Logicorum, generalissimum, seu subalternum genus appellamus, Ant. Goni. variat. lib. 1. c. 12. num. 31. Donell. comment. lib. 8. c. 29. ubi Osuald. in H. Mantica. ubi sup. lib. 9. tit. 2. an. 4. Minfinger & Pichard. in §. si generaliter. Inst. de lega. D. finitio tamen generis logici, ut sit: Quod praedicatur de pluribus differentibus species, Hermol. & Parlador. ubi proxime, quoad verborum corticem aequè nostro generi convenit, nam homo, quod genus est apud nos, praedicatur de Cajo, & Stichus qui inter se specie differunt secundum Consultorum placitum; cum alia species sit Cajus, & alia Stichus.

Est cum Baldo, quem D. Covarr. refert, notandum; aliud di. i. universali respectu verborum, ut cum terminus universalis exprimitur; quod tamen quoad juris effectus pro universali non habetur, quia universitas ea in suas singularitates resolvitur; aliud respectu rei: Vivian. supra lib. 4. c. 1. an. 4. Ricci. in prax. dec. 179. nu. 146. Garc. de benef. p. 5. c. 9. n. 12. Rot. dec. 1152. lib. 3. p. 3. divers. Marefcot. variat. lib. 2. cap. 53. n. 10. hoc dividitur in universitatem juris, & universitatem facti: universitas juris reperitur in haereditate, bonorum possessione, peculio, & patrimonio; quibus aliqui dotem adiungunt: Cyriac. tom. 2. controverf. 44. n. 8. N. gulant. de pig. or. p. 2. membr. 4. n. 59. vers. Ego autem in dote, Bartol. in rubric. ff. sol. matrim. Matienz. in rubric. n. 1. tit. 2. lib. 5. Re. opil. & communem dixit Ripa in d. rubric. n. 43. ff. sol. matrim. ad universitatem facti pertinent populus, fundam, majoratus, grex & alia plurima; & licet in haereditate unica sit res, universitas consistit, quoniam aptitudine multa complectitur; quod in universitate facti non est ita: l. si grege 22. ff. de leg. 1. l. si cut 7. iuncta. Gl. lib. ff. quod cui. univerf. nom. l. haereditas 53. ff. de petit. haeredit. Bald. in d. l. sed & possess. §. cum haeredit. Molin. de primog. lib. 1. c. 16. n. 20. Afflicti. in prax. f. ad n. 77. Bart. in rubric. ff. sol. matr. Parlador. d. different. 131. n. 1. cum alijs.

Ad Num. 3.
Ius patronatus, quod in Ecclesia constitui potest, triplex

plex est: aliud dicitur Ecclesiasticum, aliud laicale, & tertium mixtum. Primum est quod conpetit Ecclesiae alicui tanquam patrono alterius & Clerico ejusdem nomine, vel alicui Collegio, aut Communitati Religiosorum, sive Clericorum. Secundum, quod laicus obtinet, vel Clericus ratione patrimonij. Ultimam, quod simul habent plures patroni tam laici, quam Ecclesiastici, eo modo, quo dictum est in primo divisionis membro. Ita tradunt Sanch. conf. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 53. Gov. zalad. regul. Cancel. or. 8. gloss. 18. à num. 4. Moner. de comm. ut. tit. 20. cap. 10. num. 210. cum seqq. Rebus. in prax. tit. de presen. at. num. 57. Cevell. commun. q. 282. n. 7. Lambertin. de jur. patronat. lib. 1. q. 1. Barbos. de potestat. Eris. op. part. 3. alleg. 72. num. 1. 8. Garc. de ben. se. part. 5. ap. 1. r. 53. cum seqq. Vivian. in prax. jur. patronat. art. 1. ib. 1. cap. 2. n. 8. cum alijs. Hinc est, quod D. Covarr. dem de iure patronatus generaliter agit, quod in Ecclesia habetur, minus proprie loquutus est, illud Ecclesiasticum appellans, quod quaedam tantum species est; sed denominationem à re, in qua constituitur ius patronatus, assumpsit. Illud autem acquiritur, fundatione, constitutione, donatione, cap. 3. cap. nolis, de jur. patronat. cap. pi. memis, 16 q. 7. Vivian. lib. 2. cap. 9. num. 5. Lambertin. sup. qu. 6. à num. 5. Quid de privilegio, & praescriptione? docet Vivian. lib. 2. cap. 5. à num. 15. & casu 9. num. 10. cum sequentib. 8. Sanch. ubi sup. dub. 50. & 51.

Ius patronatus Ecclesiae absque labe simoniae vendi non potest, atque ita verum est, quoniam spiritualibus est annexum, cum patronus praesente ad beneficia, quae sunt spiritualia, ut habetur in cap. quastum 5. de ver. simul. cap. quanto de iudic. cap. de iure 16. de jur. patr. Sanch. consil. moral. l. 2. cap. 3. dub. 79. num. 1. D. Felician. de Vega Archiep. Mexicanus in d. cap. quarto, num. 112. Hermol. in l. 15. gloss. num. 7. tit. 5. part. 5. Consil. Trident. sess. 25. d. r. format. c. 9. ubi vendenti pena irrogatur amissionis juris venditi, excommunicationis, & interdicti; quas penas non incurri ipso iure, defendit Sanch. d. lib. 2. c. 3. dub. 82. & videndi sunt Thom. Delbene de immunit. Eccles. tom. 2. cap. 19. dub. 24. num. 17. Tondut. quast. benef. part. 2. cap. 5. §. 1. num. 3. cum alijs ubi ait, non proprie committi simoniam. Sed praemissa conclusio restringitur ad ius patronatus cum facultate praesentandi ad beneficia; nam patronus capellae, ius sepulchri absque simonia vendere potest; Sanch. d. dub. 79. num. 4. sed Vivian. 3. cap. 2. num. 43. id limitat, si sepulchrum sit autoritate Epil. opi fundatum, de quo Delbene sup. cap. 17. dub. 17. à num. 9.

Sed si universitas bonorum vendatur, sub qua ius patronatus continetur, ipsum transfertur in emptorem; cap. ex literis 7. de iur. patronat. Vivian. lib. 4. cap. 1. nu. 3. Olea occis. in prax. tit. 3. quast. 8. n. 26. Cevall. quast. 17. à princ. Hermol. in d. l. 15. gloss. 4. num. 1. Marefcot. 6. ubi proxime num. 4. Delbene ubi proxime num. 4. Sanch. d. lib. 8. o. num. 2. Lambertin. lib. 1. part. 1. cap. 5. art. 1. In d. i. pars universitatis vendatur; veluti haereditatis, aut Castri, cui ius patronatus annexum est, pro rata & illud in emptorem transfertur, Sanch. ibi num. 3. Lambertin. d. quast. 5. art. 16. D. Covarr. infra lib. 2. cap. 18. num. 8. vers. His vero in fine, Molin. de primog. lib. 1. c. 24. num. 23. vers. Hec autem, Vivian. cap. 5. num. 20. & 21. nisi pretium augeatur ratione juris patronatus, Sanch. d. lib. 79. n. 2. Ratio est, quoniam cum universitas distrahatur, singularis res sub illa comprehensa non censetur vendita; argum. l. in modis 24. ff. de cont. empt. l. cum qui ad 23. ff. de usucap. l. grege autem 6. ff. de leg. 2. tit. 1. seunt tamen per consequentiam ad emptorem; sic ius patronatus non venditur, nec simonia hoc modo admittitur, Marefcot. nu. 10. Vivian. num. 6. qui aliter hoc explicant, afferentes universalitatem venditam non resolvi in suas singularitates, quod idem est in effectu. Quod intellige, ut infra explicabitur, num. 20.

Ex quo inferitur, tum quod si in venditione universitatis diceretur, ius patronatus vendi, vitaretur contractus, secundum communem opinionem; posset tamen in instrumento venditionis, absque vitio illius mentio fieri accionis, vel declarata, veluti asserende: verò do vil am cum

jure patronatus, vel in qua ius patronatus, mihi est, Vivian. n. 7. & c. 5. à n. 13. Hermol. d. gloss. 4. num. 9. Lambertin. de jur. patronat. part. 2. lib. 1. art. 12. secunda principialis, Sanch. d. cap. 3. dub. 81. Tamen excepto iure patronatus, in primo casu venditio tenet, Sanch. num. 8. Vivian. d. lib. c. p. n. 22. Tu ut si ius patronatus evincatur ab emptore universitatis, possit hic agere de evictione pro tota universitate ad pretium, quod pro ea dedit consequendum; non pro iure patronatus, quod non fuit venditum, Sanch. d. lib. 82. inf. in fine, Vivian. lib. 4. c. 5. n. 23.

Illud hic animadvertatur e dignum est, quod ius patronatus non transit in creditorem, etiam si universitas, ut castrum, aut villa, cui ipsum annexum est, dicitur in pignum, ut docet Sanch. d. lib. 84. num. 2. Barbos. in c. l. etiam, ad cap. cum Ecclesius, de re j. die. Vivian. lib. 1. cap. 2. num. 81. Lambertin. lib. 1. part. 1. quast. 9. art. 1. & 2. Armilla. verb. ius patronatus, n. m. 7. Taberna, ibi q. 13. Splin. in specul. test. ment. gl. ff. 4. n. 118. Metlin. de pig. lib. 2. tit. 1. q. 22. num. 7. Neguant. cod. tract. part. 2. membr. 2. 60.

Quae resolutio limitatur, cum creditor rei pignoratiticius non teneret in sortem computare, ut maritus, juxta cap. salubriter de usur. & dominus directus respectu rei feudalis, cap. 1. de feud. ita Sanch. num. 3. Lambertin. art. 2. Merlin. num. 10. quicquid sentiat Barbos. f. pr. n. 3. vers. Ex h. Sed praecipua conclusio de iure Regio difficultatem habet; cum contractum exp. esse statue. l. 9. tit. 15. part. 1. ubi Gregor. Lop. gloss. 1. notat, esse contra commune Canonistarum placitum, & in praxi eam de cisionem admitti posse dubitari; eam sequitur Cevall. quast. 740. num. 4.

His cognitis, succedit praesens questio de fundo vendito, in quo sita erat Ecclesia, cujus ius patronatus habebat venditor, in qua praeter duas opiniones contrarias, de quibus hic, est tertia sic distinguenda; aut est aditus ad Ecclesiam per fundum venditum duntaxat, aut alia via etiam patet ingressus: primo casu, ius patronatus in emptorem transfertur; secundo; non utique hujus sententiae fundamentum est in l. si §. m. eadem, §. §. 1. ff. de actione empt. ubi ita in sepulchro decernitur, quod erat in fundo distracto; sic tenent Mantica. de iact. & ambig. convent. lib. 4. tit. 15. num. 35. cum alijs, Moz. de contr. c. de nat. emp. & vend. n. 41. vers. Quid dicitur d. m. & alij apud Hermol. d. lib. 4. tit. 11. vers. Sed nullus. A. Negativa opinio verior, ac magis communis est, quam si stinent ultra adductos per D. Covarr. in praesenti, Salced. in addit. on. ad Bern. Diaz. regul. 401. amputa. 3. vers. Ipse tamen, Tusch. supra tit. 1. conclus. 612. n. 9. 18. 23. Hermol. ubi proxime, in fine.

Verf. Tertiò utrum ne.
Hanc D. Covarr. doctrinam amplectuntur Hermosilla, & Salcedo ubi proxime, quae proculdubio vera erit, quando ita constitutum fuit ius patronatus, ut non alij quam fundi domino posset competere; quoniam tunc, ut sua natura fundo annexum, cum eo in emptorem necessario transiret accessorie cum universitate, si quidem fundus quoad sibi annexa universitatem dicitur continere; l. fundus mihi est 3. ff. famul. excois. n. d. l. c. m. fundus, 10. ff. de l. 2. Hermol. n. 11. vers. Sed nullus. Ideo autem desideramus in constitutione juris patronatus, illud annexum fuisse; nam magis placet, non posse privatum, propria auctoritate ipsum fundo annectere; Hermol. num. 2.

Ad Num. 4.

De hac secunda quaestione consulendi sunt Marefcot. d. lib. 5. §. 5. à num. 11. Hermol. d. lib. 4. gloss. 4. num. 6. Lambertin. part. 2. lib. 1. quast. 5. art. 14. Vivian. d. lib. 4. cap. 1. à n. 4. Menoch. c. n. 401. à num. 1. 9. Sanch. d. lib. 80. num. 6. 7. Ex quibus hac vera resolutio esse colligitur, quod si per hac verba: *Verò do omnia bona mea*, totum vendentis patrimonium universaliter verè distrahatur; & cum ipsa universitate, ius patronatus tranfribit. dicit. cap. ex literis: at quando etiam si illa verba exprimentur, non totum patrimonium, sed genus quoddam bonorum venditur, ad quod se referunt contractantes; vel si totum patrimonium alienetur, non universaliter, sed singulariter per se; eo casu, licet verbum, *omnia*, universalitatem denotet; cum sit solus